

esse scimus ex *Plin. h. n.* 14, 22, 144 (*Borghesi opp.* 3 p. 8). — 2) *Quattuor legiones tendentes in Germania inferiore.*

**951** [Paullus Fa]bius Persicus ponti[fe]x, | sodalis Aug]ustális, fráter Arvál[is], | . . . . .<sup>1</sup>

*Ephesi rep.* (III 6073. III S. 7429 *Mommsen vidit ectypum*). — 1) *Consul a. 34, cf. Henzen act. Arv. p. 186.*

**952** [Rub]elliae | [Bla]ndi<sup>1</sup> f. Bassae | Octavi Laenatis, | Sergius Octavius | Laenas Pontianus<sup>2</sup> | aviae optimae.

*Tusculi rep.* (XIV 2610 *vidi ipse*). — 1) *Rubellius Blandus progener Tiberii Caesaris (Tac. ann. 6, 27).* — 2) *Consul ord. a. p. Chr. 154 (cf. Borghesi opp. 4 p. 489).*

**953** Antonia A. f. Furnilla Q. Marci | Q. f., C. n., C. et Gemini Artori | pronepotis, Bareae Surae.<sup>1</sup>

*Romae rep. ad Tiberim a. 1880 (Bull. com. 1880 p. 156).* — 1) *Antonia Furnilla et maritus eius Q. Marcius Barea Sura parentes sine dubio fuerunt Marciae Furnillae, quam Titus postea imperator uxorem duxit nondum quaestorius (Suet. Tit. 4).*

**954** M. Licinius | M. f. Men. | Crassus Frugi<sup>1</sup> | pontif., pr. urb.<sup>2</sup>, | cos.<sup>3</sup>, leg. | Ti. Claudi Caesaris | Aug. Ge[r]manici | in M[au]retani]a<sup>4</sup> . . . . .

*Romae rep. ad viam Salariam una cum N. 240 (Bull. dell' Inst. 1885 p. 9).* — 1) *De hoc Crasso Frugi cf. Mommsen eph. 4 p. 145.* — 2) *Praetor urbanus fuit a. p. Chr. 24 (fast. Arv., ap. Henzen act. Arv. p. CCXVLIV).* — 3) *Consul fuit ordinarius a. 27.* — 4) *Supplevit Henzen, cogitans de una ex expeditionibus, quibus Mauretania imperio Romanorum subiecta est (quamvis inter duces earum Crassus non memoratur a Dione 60, 8, 9); eo bello parta esse videri priora ornamenta triumphalia Crassi, quae memorat Suet. Cl. 17.*

**955** Cn. Pomp[eius] | Crassi f. Men. Magnus<sup>1</sup> | pontif., quaest. | Ti. Claudi Caesaris Aug. | Germanici | soceri sui.

*Romae rep. ad viam Salariam una cum N. 240. 954 (Bull. dell' Inst. 1885 p. 9).* — 1) *Filius Licinii Crassi Frugi N. 954, frater Pisonis Liciniani N. 240.*

**956** dis | manibus | Liciniae, Crassi | Frugi pontificis f., | Magnae<sup>1</sup>, | L. Pisonis pontificis uxor.<sup>2</sup>

*Romae olim in aedibus privatis, nunc in museo Vaticano (VI 1443; Ritschl tab. LXXXIXh).* — 1) *Filia Licinii Crassi Frugi N. 954.* — 2) *Maritus videtur L. Calpurnius Piso consul a. 57 (Mommsen eph. ep. I p. 148).*

**957** [L. Iunius M.] f. M. n. Silanu[s Torquatus]<sup>1</sup>  
[honoratus an]n. XVIII [triumphalib. orn.]<sup>2</sup>,  
[q., pr. inte]r civis e[st] peregrinos<sup>3</sup>, gener  
[Ti. Claudi C]aesaris Augus[ti]<sup>4</sup>.

*In agro Tusculano (XIV 2500 ter descripta saec. XVII/XVIII). Supplevit Mommsen eph. ep. 4 p. 65 et illustravit.* — 1) *Eiusdem est titulus Atheniensis C. I. Att. 5, 612.* — 2) *Cf. Tac. ann. 12, 5, Suet. Cl. 24, Dio 60, 51.* — 3) *Tac. ann. 12, 4* — 4) *Tac. ann. 12, 5, Suet. Cl. 24, 27.*